

333* In Strata (Strà) pago Patavino in domo, quae Pingonii et Scardeonii tempore fuit Danielis Vetulli Lippamani patricii Veneti, Salomonii Hieronymi et Alexandri Molinorum, tituli olim visabantur numero XXII, quos coniunctos proponunt Pingonius ms. f. 228' et Scardeonius p. 65—67, ex parte etiam Manutius cod. Vat. 5248 f. 34 et Salomonius 1696 p. 344 (cf. 1708 p. 226). Nos propter rationes, quas exposuimus vol. III p. 401, titulos hos origine Dalmaticos iudicavimus rettulimusque inter Dalmaticos incertos. Sunt autem hi:

| | |
|-----------------------------------------|------------------|
| Dian. . . . | vol. III n. 3156 |
| M. Antonio Celeri eq. leg. VII C. p. f. | n. 3162a |
| Caesia C. lib. Panthera | n. 3162b |
| L. Crepereius Heracla VI vir | n. 3166a |
| D. m. Eutycho . . . convictus p. | n. 3166b |
| Atinatio | n. 3174b |
| D. m. Bibius Secundus | n. 3174c |
| D. m. Clo. Felicie | n. 3175b |
| M. Fulvi Bybiae | n. 3179a |
| Iulia Tertia | n. 3182b |
| G. Ligustius Felix | n. 3183a |
| P. Livio Atriculo | n. 3183b |
| T. Lucilius T. l. Aptus | n. 3184a |
| D. m. Obultronius Eucarpus | n. 3184c |
| D. m. Oratiae | n. 3184d |
| D. m. Sextilia Restituta | n. 3190a |
| Tertuliane | n. 3191a |
| D. m. Turranae Aprullae | n. 3192a |
| D. m. Valentine | n. 3192b |
| D. m. Val. Don. | n. 3192c |
| D. m. C. Virio Stefano | n. 3194a |
| Volcinia Marcellina | n. 3195a |

334* Ex quinque titulis servatis olim Patavii in aedibus R. Torquati Bembi apud S. Bartholomaeum relatisque a Scardeonio p. 86. 87, qui sunt hi:

| | |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------|
| T. Caesari cet. | Furlanettus p. 55 n. 63 |
| Huius tituli pars prima fuit deinde apud Gualdos Patavii primum, postea Vicetiae; hodie prostat in aedibus Tornieri-Orgian, quae sunt Vicetiae. Eam repertam esse Montegaldae in muro a. 1655 scribit Vicetinus Barbaranus 6, 164 (inde Faccioli mus. lap. Vic. 3, 92), omnino male. | |
| . . . elius Lartis f. | Furlanettus p. 425 n. 582 |
| L. Valerius . . . Aries | " p. 406 n. 537 |
| Antonius Severus Aquila | " p. 351 n. 423 |
| D. m. Ulpiae Donatae | " p. 241 n. 245 |

de primi tertii quarti origine urbana aliunde constat; unde secundum quoque memorabilem propter aeris gravis mentionem et quintum 'parvum lapidem formosis characteribus' ablegavi inter urbanas.

335* De musei Bassanii externis egimus supra p. 264. Duo tituli Ravennates, qui soli ex eo museo extra hoc volumen reperiuntur, sunt hi:

| | |
|-----------------------------|----------------------------|
| D. m. C. Valerio Diodoro | Furlanettus p. 238 n. 242. |
| M. m. M. Aurelio Marcellino | Furlanettus p. 330 n. 345. |

336* De musei Ramusiani externis egimus supra p. 265. Hic breviter indicabimus titulos ibi servatos neque in hoc volumen receptos.

L. Aelio Caesare cet. (III, 1933) venit Salonis ad Paulum Ramusium; hodie est Patavii in museo publico.

Iano patri (III, 3158) ad Ioh. Bapt. Ramusium videtur venisse ex Dalmatia; hodie est ibidem.

Octaviae Q. f. Secundae (III, 2870) ex Nadinio Dalmatiae delatus Patavium ad Ioh. Bapt. Ramusium hodie est Ateste in museo publico.

337* Ioannes Cavinus sculptor Patavium advenit titulum Iuliae Helpidis (Furlanettus p. 330 n. 387) origine urbanum, item Tergestinum n. 520.

338* C. Publici Ampliati titulum origine Ravennatem Puteanus apud Grut. 1036, 2 auctor est postea translatum esse in Nonianum Bembi.

339* C. Terentii Prepontis titulus antea Patavii apud Franc. Ursatum, hodie Catai in museo (Furlanettus p. 402 n. 529) propter formam reiectus est inter urbanos.

340* Altichieri olim fuerunt, hodie sunt Patavii in museo publico tituli duo Salonitani vol. III n. 2026 T. Flavii Agricola et III n. 2087 T. Vettii Augustalis, quibus ex coniectura adiunxi tertium *I. o. m. Fort. red.* III n. 3158a. Ibidem olim fuit titulus urbanus Cl. Amandi (Furlanettus p. 378 n. 480) hodie servatus Ateste in museo et Perusinus L. Voluminii Iasonis (Furlanettus p. 410 n. 548), qui iam non extat.

340a* Patavii antea apud Lazarum, nunc in museo servatur titulus Dalmaticus vol. III n. 1954 matri deum dedicatus a L. Statio Facula.

340b* Heracliae titulus Christianus (Furlanettus p. 214 n. 316) cum lipsanis ex urbe allatus est.

XVIII. VICETIA.

341* in agro Vicentino in monte Sumano prope templum S. Mariae in lapide albo MARCAN. et similiter RELIQUI. Frustra se quaesivisse scribit TRIN. d. m. ser. [rhem. pro ser. *Iuc.*] palemon l(inguae) l(atinae) l(umen) d(octor?) f(amosus?) grammaticae uinc(entiae) [uicen. *Iuc.*] atque rhet. sibi et tuberoniae contubernali feminae obsequentissimae atque bene merenti lapidem construxit tolomon [lapideum struxit tumulum *Iuc.*] in eo quidem cadaueri quies esto alio autem reuertito [reurtito *Marcan.*] animus

gu s st

R

Habet Antiquus, scilicet Marcanova Bern. n. 569, Mut. f. 166' Vic. 18; Felicianus Vic. 10; Ferrarinus cod. Trai. f. 39, cod. Reg. Vic. 3; Iucundus Vic. 11. Hier. Bononius antiq. l. 2 p. 67: 'Bartholomaeus Paiarinus I. C. visum a se olim exceptumque affirmavit Summano in monte agri Vicentini aliquo post tempore destructum amissumve, ita ut aetate provecior loco solito perscrutatus nunquam invenerit'; deinde addit in sylloge: 'legi postea epigramma ipsum Patavii diversis tamen aliquibus verbis in antiquario ad viridarium a. 1508'; id est legit in antiquario Marcanovae servato eo tempore Patavii in monasterio S. Iohannis ad viridarium. Ex hoc corpore demum pervenit ad auctores Vicetinos: Cod. Pat. f. 188; Manutium cod. 5237 f. 109'. 426, orth. 779, 2 (inde Grut. 653, 1); Ligorium ms. Taur. 18 (inde Gud. 222, 5); Trinagium G 4 (inde Mur. 974, 5 secundo loco); Marzarium p. 119 ex libro ms. card. Leandri de antiquitatibus Italiae (inde Mur. l. c. priore loco); Caldognum n. 62 aliosque.

Exhibui textum Marcanovae Bernensis interiectis emendationibus potioribus profectis a Iucundo, receptis deinde a multis. Eodem loco Marzarius l. c. ait ante paucos annos repertum esse alterum lapidem quadratae formae sic inscriptum: *p(alaemon) u(icetinus) l(inguae) l(atinae) l(umen)*. — Ficta est ad Suetonium gramm. 23: *Q. Remmius Palaemon Vicetinus mulieris verna* cet.